

tem nostro plus est aliquid, quia beneplacitum exquiritur, & dissimilanter exploratur.

Affertio 7. *Oppositum non esse improbable.* 21 Dico septimò. Oppositum non videatur improbabile, quia voluntas Regis non est ita amarè interpretanda in re non penitus præjudiciali, & quæ pro parte aduersa suas etiam habet congruentias, estque populo plausibilis & jucunda, tum propter abundantiam mercium, tum ob varietatem, ex quâ homines conditionis mediocris commodum non leue reportant, viliore pretio quæ sibi sunt necessaria comparantes: & Ecclesiæ ornamenti etiam necessarii abundantiū & commodius instruuntur. Hoc certè si quandoque accidat, quomodo potest Regi piissimo ingratum penitus accidisse?

C A P V T I V .

An Proreges Indici munera possint accipere.

S. I.

Tribus Affertis obligationis qualitas stabilitur.

Communis est pro cunctis Proregibus difficultas: sed specialis pro Indicis ex eo redditur, quod amplior in illis esse copia potest & munera premium superius: & ita videndum quid circa hoc leges conscientia pa- tiantur.

Affertio 1. *Proreges non posse munera accipere à litigantibus.* 22 Dico primò. Proreges Indici non possunt munera accipere ab iis, qui coram ipsis causam agunt, aut verosimiliter creduntur acturi. Constat ex L. 56 tit. 5. nona Recopilat. In quâ Audientiarum Præsidibus id specialiter imperatur, sicut & vxoribus, & filiis. Sunt autem Proreges Audientiarum Præsidies; vnde manifeste in lege dictâ videntur comprehensi: quæ munera quidem cuiuscumque valoris excludit verbis illis: *Legis verba.* Presente, ni da diua aliqua, de qualquier valor que sea, mosisas de comer, ni bever. Est autem illud iuri Cæfarco conforme: sic enim habetur L. Plebis scito. D. de officio Præsidis, & L. Solet. D. de officio Proconsulis.

Affertio 2. *obligatione sub mortali.* 23 Dico secundò. Lex præfata obligat sub mortali, nisi obster materia paruita. Ita Nauarra lib. 3. de restitu. c. 3. n. 14. P. Tho. Sancius lib. 3. Consiliorum, c. unico dub. 1. n. 25. & alii. Constatque ex eo quod lex circa materiam versatur grauissimam, & nisi legislatoris voluntas grauem obligationem induceret, non esset sufficienter communi bono prouisum, de quo diximus Titulo precedenti numer. 3.

Paruita autem materia non est regulanda juxta ea, quæ circa materiam peccati in furto à Doctoribus traduntur: nam licet talis quantitas sit vt ablata peccati mortalis reuin faceret, potest parua censeri in munere oblatu Proregi, vt nouitorum pomorum canistrum, aut vini pretiosi lagena. Et sic alia. Attentâ enim dignitate persona, parua haec sunt, quæ aliorum comparatione non talia censerentur. Pro quo est Cap. Esi quæstiones, de simonia. Cum enim quæstio proposita

estler Pontifici de equo, quem Cardinalis Legatus accepérat a fratre Archiepiscopi, eo inscio, qui ex eius manu Pallium erat accepturus, scrupulm exemit, dicens: Si ergo prædictorum Cardinales, & fratris tui personam, & qualitatem pensamus, non fui magnum ab eodem fratre tuo Cardinali equum unum transmitti, quem etiam ioculatori non petenti, vir tantus & tam abundans fore donaret. Sic Pontifex; & tamen constat equum tanti valoris esse, vt eius furtum multorum grauium furtorum materiam & malitiam adæquaret. Licet autem plures scriptores apud P. Sancium *suprà num. 16.* receptionem munera in paruâ etiam quantitate uti lethalem damnent, ob præfatae legis rigorem, quod & ipse Pater tenet *num. 17.* alii tamen apud eundem contrarium censem, *num. 15.* & mirum est illum cum prioribus censuisse, qui postea *num. 26. citato* manifestè asserit à culpâ graui materia paruitatem excusare. Pro quo est ratio à Pontifice adducta *citato in Capite*, vbi ita subdit:

Quod autem scriptum est (Isaie 33. v. 15.) Beatus qui excutit manus suas ab omni labore, de illis donis dictum est, quæ accipientis animum alliceret, & peruertere solent, &c. Quis autem credit Principem vi- rum, & in summo potest Regem dignitatis fastigio locatum, munibibus huiusmodi ita allicendum, vt justitiam violet, & ad patranda indecora atque indigna peruerterendum? Lex ergo non est ita rigide accipienda; vel si respectu aliorum id debeat admitti, non tamen Proregum, quorum honori à legislatore consultum, vt cum Præsides expreſſerit, Proreges tamen, licet Præsides sint, non fuerit expreſſe nominare.

24 Dico tertio. Quod Proreges, sicut & alii in citâ lege contenti (Audientiarum in qua Senatori, Auditores criminis, Fiscales &c. pro quibus & extant leges Indica apud Dom. Solorzani lib. 4. cap. 4. num. 17. & 18. & in Politicâ pag. 778. & Dom. Villaroel Parte 2. quest. 15. Artic. 2. num. 12. & seqq. Circa quas & inferius inquirendum Titulo sequenti Cap. 2.) contra eamdem legem recipiunt, tenentur restituere. Sic quamplurimi, quos adducit, & sequitur P. Sancius *suprà num. 26.* Qui id fundant in verbis ipsius legis, ait enim: *No quenan recebir porfi, niper interposita persona, &c.* Tollit ergo accipendi potestatem, & ita dominii translationem. Sed fundamentum hoc non est adeo solidum: quia quod licet fieri non potest, recte dicitur non posse fieri ob solam rationem prohibitionis. Sic Genes. 39. v. 9. *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Verba sunt Joseph adulterium detestantis. *Luce 11. v. 7.* *Non possum surgere, & dare tibi.* *Iob 9. v. 12.* *Quis dicere (Deo) potest: Cur ita facis?* & alibi frequenter in Scripturâ. Quod etiam est juris loquendi modo conforme. Cap. Expositus, de corpore vitiis, sic dicitur de habente manu vnam, & alterâ mutilato: *Cum pro tam enormi defectu ad sacros non posse Ordines promoneri.* Cap. Ex tenore, de temporibus Ordinationum, sic etiam habetur: *Clericus adeo deliquit, quod si peccatum eius esset publicum, amplius non posset ad superioris Ordines promoneri.* Cap. Si quis, de eo, qui cognovit consanguineam vxoris sue: *Nec vlo unquam tempore alijs se poterunt matrimonij copulare.* Cap. Ques. 2. Quest. 5. Sic ex Diuino Anacleto Epist. 2. Ques. quæ suo Pastori commissa sunt.

Cap. Expositus. *Cap. Extenore.* *Cap. Si quis.*

ri estimati.
da.
Cap. Eti-
questio-
nues.

Proregibus quid circa munera liceat acceptancem.

73

sunt, eam nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit: nec villatenus accusare possunt. Quod autem valida accusatio sit, constat ex Cap. Si quis eadem Quest. Sic etiam alibi. Videatur Diana Parte 10. Tract. 12. Resolut. 7. à me post hæc scripta visus, apud quem & alij.

25 Vbi mirabilis est quorundam distinctio dicentium, cùm in lege dicitur *Non potest*, non semper aetum esse nullum, benè autem cùm dicitur *Non potest*: quod ex Bartholo ponit P. Sancius num. 26. citato, & ex alii P. Henriquez Lib. 13. Cap. 28. num. 8. Quis enim non videat hoc esse futile, & contra leges Grammaticæ, à quâ petendæ vocum significations: & ex qua etiam constat non esse aliam significacionem verbi in subiunctivo ab eâ, quæ Indicatio competit. Et quidem si aliqua esset differentia in casu nostro, maior videtur ratio, vt cùm de præsenti est sermo in modo Indicatio, actus annuletur, & non ita cùm per subiunctivum; quia illius perfectior significatio est, vimque suam verbum penitus exprimit, non sit cùm per alium. Quod præterea ex adductis Textibus falsum deprehenditur, in quibus per subiunctivum prohibito statuitur, & tamen non annulantur actus, vbi talis est loquendi modus, in nonnullis scilicet eorum.

Affertio 8. *obligatione esse ad restituendu-*
mentu accep-
ta. 26 Probo ergo illam ex dictis num. 22. & in alio ibidem citato. Nam si lex ista non annularet actum, non esset sufficienter consultum bono publico in re momenti summi: sublatâ enim obligatione restitutionis sola conscientia obligatio facile deuorabitur, cùm illius violatio remedium obvium penitentia habeat. Vermis autem conscientia, quando obligatio restituti videretur, est durum valde tormentum: cuius horrore scimus multos ab iniquâ acquisitione diueli, qui eo sublato non dubitarent peccatum lethiferum deuorare.

27 Deinde argui potest. Quia accipientes non habent titulum validæ acquisitionis: si enim aliquis, ille esset gratuitæ donationis: Atqui ille talis non est, cùd quod sit inuoluntaria: nemo enim nisi inuitus dat, vel vt vexationem redimat; vel quia, quod obtinere ntitur, putat se aliter non affecuturum: quod si sciret, ne uitium daret, vt experientia constat: nullus enim erga prædictos ita pè afficitur, vt ad donandum benevolentiâ moueat, cùm potius odiosos habeant illos, à quibus sola iustitia, aut pietas, non valent profuturum quidquam deriuare. Quod potest vñstrur exemplu fulciri, vbi gratuita donatio non est, & ideo obligatio restitutionis interuenit. Videatur P. Sancius *suprà num. 24.* cum Soro, Sandoual, & Mercado, in uoluntariatem largitionum huiusmodi contentatus.

S. II.

Tres aliae pro eodem Affertiones.

28 Dico quartò. Oppositum non caret probabilitate. Probatur Primò, quia sic tenent plures, quos adducit P. Sancius *suprà num. 28.* qui præter citatos ait sic tenere P. Henriquez, & alios viros doctos à se consultos: pro

Theauri Indici Tom. I.

quo & alios adducit Cardinalis Lugo *Disput. 37.* de *Institutio num. 134.* dicens esse satis probable.

Præterea est ratio pro eodem, quia dicta lex non exprimit obligationem restitutionis, & ita non debet ad illam extendi, iuxta communem doctrinam de legibus, quam bene expendit præter alias Bonacina *Tomo 2. Tractatu de legibus Disput. 1. Quest. 1. Puncto 7. s. 5. num. 8.*

Versamus enim in materia odioſa, in qua legislatoris intentio iuxta verba est regulanda, qui potuit irritantem addidisse formulam, & cùm non addiderit, non videtur eam voluisse. *Nam si voluisset, expreſſet.* Cap. *Ad audientiam, de deci-*

mis.

29 Dices, *Affertio ista robur præcedentis* *Quomodo* *infringi:* si enim prædicti probabiliter possunt accepta retinere, id certè illis sat, vt quidquid de peccato in acceptance sit non multum hærent circa illam. Fateor instatiam esse robustam, & propterè expediens fore, vt in præfata lege & aliis, restitutionis obligatio, sublatâ translatione domini, exprimeretur. Nihilominus sententia severior, qua & verior, si non omnes, plures tamen poterit in officio continere magis de conscientia securitate sollicitos. Et quidem de omnibus loquendo, valde dissonum rationi esset, viros sapientes, & sapientium præcipios, qui in iudicando aliorum cauſas, probabiliores debent & receptiores amplecti sententias (quidquid de gradu obligationis sit) in negotio salutis æternæ, & propriæ suæ damnationis periculo, minùs securas, & plenas inconuenientibus considerari.

30 Dico quintò. Proreges (& idem dici potest, licet non ita certò, de aliis in lege propoſitis) munera possunt ab Episcopis accipere: quod & verosimiliter potest de aliis affirmari Clericis, de iis, quæ ad liberam penitus eorum dispositionem spectant. Id probo. Nam Epis- copi non sunt ex subditorum numero, nec lites habituri, quæ ad eos spectent. Si quis autem pro Ecclesiâ, id nocere Ecclesiæ nequit, sed potius seruire profectui. Nec dici potest eorum cognatos lites habere posse: id enim non obstat, cùm lex de cognatis eorum nihil disponat, qui non sunt lites habituri. Et quidem expressio illa circa litigantes, aut verosimiliter litigaturos, videretur impertinens: qui cùm vir aliquis sit, qui cognatum aliquem non habeat, omnes remanent comprehensi, & ita est inutilis prorsus expressio. Ex quo non venit prorsus probanda quorundam doctrina, qui dicunt legem ad omnes subditos extendi, quia omnes possunt ligare, quos adducit & sequitur P. Sancius n. 18.

Ab Epis-

copis &

Clericia

munera

acci-

pi-

poſſe.

Etiamsi

cognatos

haebant

litigantes.

Legem non *existimat dicta* *ad* *comprehenſos* *peccare* *quidem munera à* *omnes, sed* *ad expreſſos, contra* *aliquos* *offendit.*

G afferenda;

Ab Auditorebus
poſſe mu-
nera Pro-
regeſ acci-
pere, &
non nullis
alii.

Aſſertio 6.
Poſſe etiam
à cognati-
& amicis.

afferenda. Propter quam rationem videtur eriam dicendum Regios Auditores, & Togatos alios, ac minores Officiales non prohiberi quod minus munera poſſint Proregibus exhibere; quia iij apud illos raro litigant. Et licet debeant circa eorum agendi rationem valde eſſe ſolliciti, & fi neglexerint admonere, immo & mulctare id non eſt proprie litigare.

31 Dico ſexto. Munera data à consanguineis, vel ab aliis, ex reſpectu amicitia, que ſtarret etiam iij, quibus confeantur, non eſſent in tali dignitate conſtituti, mortalit peccati labo non inficiuntur. Vtrumque tenent graues Scriptores, quos adducit & ſequitur P. Sancius ſupra num. 20. & 21. Quod etiam tenet Cardinalis Lugo ſupra num. 132. §. quinta limitatio.

s. III.

Fro Religioſis Reſolutio poſtrema.

Aſſertio 7.
Non poſſe à
Religioſis,
ſi preioſa.

Bulla Cle-
mentis 8.
circa illa
quomodo
admitta.

32 Dico septimo. Pregeſ nequeunt tutam conſcientiam à Religioſis munera acci- pere preioſa, ex auro ſciliſ, argento, lapidi- bus preioſis, & ſic alia. Hoc videtur certiſſimum, niſi viſus aliquando reddere illud incertum conaretur. Sed ille potius dicendus abuſus, eli- minandus penitus, vti qui Religioſo ſtatui ni- mis quantum aduerteret. Vbi non iam ex Bulla Clementis Octauī largitione munera ar- guendum iuxta praefcriptam in ea formam, quam in Hispania non receptam boni teſtantur Au- ctores ex quibus P. Suarez Tomo 4. de Religione Tract. 8. Lib. 2. Cap. 26. n. 15. qui generalius etiam vide- tur loqui P. Thomas Sancius Lib. 7. Operis moraliſ Cap. 19. n. 42. & 100. & Bonacina Tract. de largitione munera Puncto 5. n. 3. & ab Urbano Octauī moderatam aduerteret. Cardinalis Lugo Disput. 3. de Inſtituta num. 169. Circa quod in Pro- uincia aliis multi loquuntur. Auctores videndi apud Dianam Parte 1. Tract. 6. Reſolut. 1. apud quem aliqui affirman non eſſe viſu receptam, quibuscum ipſe videtur ſentire; ſicut & Thomas Hurtadus Tract. 8. num. 880. quod tam non eſſe ita ostendit P. Filliū Tract. 34. num. 80. & Diana ipſe Parte 8. Tract. 6. Reſolut. 12. retrahet quod dixerat, eò quod sit ab Urbaño Octauī renouata. Quamuis & de iſta renouatione, an fit generaliter admitta, poſſit etiam dubitari. Et certe in his Provinciis non videtur eſſe in viſu.

Ratio Af- fectionis ex- deſtitu- po- ſeribat in Religioſo.

Neque pro eo licen- ſia ag- gatur.

33 Arguo igitur ex eo quod Religioſus ne- quit huiusmodi facere donationes. Et quidem fine Prælati licentia indubitatum eſt, non ſolum ob paupertatis votum, per quod omnis auctus proprietatis excluditur, qualis eſt dietus; non enim aliter de re data diſponeret, ſi eſſet illius abſolutus dominus: ſed etiam quia furtum com- mittitur, dum res aliena tribuitur; eſt enim illa non ſua, ſed Monasterij, Conuentus, aut Col- legij. Quæ eſt communissima omnium de hac materiā ſcribentium ſententia, & inconculta do- trina. Cum licentia autem pariter repugnat, quia nullus illam dare Prælatus poſſet cum talis donatio ſit ſtatui paupertatis contraria: vnde Doctores omnes de hoc agentes dicunt donationes debere eſſe moderate, & Religioſo

ſtatui congruentes, quales non ſunt, quæ dieuiti- bus videntur propriæ, vt ſunt iſtæ, de quibus a- gimus. Videantur P. Suarez ſupra Card. Lugo num. 186. P. Molina Disput. 276. P. Sancius ſupra, P. Lessius Libro 2. Cap. 32. num. 26. Malde- rius in 2. 2. pag. 315. §. An antem, & seq. P. Tur- rianus in Selectis Par. 2. Disput. 31. Dub. 66. im- probabile cenſet oppoſitum, & alij. Qui præterea addunt licentiam futuram pro cauſa pia. Pro quo videndi alij apud Dianam, valoris quanti- tatem limitantes Reſolut. 4. etiam cum cauſa pia eſt, & alij arbitrio Prælati prudentis relinquenteſ. Ex quibus aprimis dicitur P. Lessius V. Panpertas Religioſa Caſu 5. in Reſolut. poſthumi. Do- nationes autem, de quibus loquimur, à priuatis factæ, non ſunt in praedictamento pietatis. Ex quo habetur neque Prælatum iſum ſic donare poſſe, vt citati & alij aduertunt; quia non eſt bonorum dominus; ſed administrator; ad hunc autem non ſpectat exorbitantes facere donatio- nes.

34 Deinde argumentor. Nam Prælatus ſu- premus Religionum eſt Summus Pontifex; ergo non licet Religioſis, quod illi conſtat manifeſte diſplicere, renuēt voluntate & licentiam penitus denegante. Tunc ſic. Donations tales ſunt contra voluntatem Pontificis, & qui eas ſcire, abo- minandas reputaret: id quod in Motu proprio Clementis Octauī conſtat, etiam cum Urbani Octauī moderatione. Licet enim dicamus non fuſſe receptum; benè tamen ex eo colligimus quantitatē munera non poſſe talem eſſe, vt taxatam ab iſo incomparabili excessu præcedat. Quod aliunde robustiſſime comprobatur. Nam Pontifex in praefato Motu proprio non condi- dit nouum ius circa largitiones munera in Religioſis, ſed nouam tantum formam, circa cauſa approbationem tradidit, & pœnatum adiotione firmauit. Vnde etiam admitti illo, & in viridi obſeruantia ſtante, quidquid ante illum licebat, etiam poſtē liceat; & quidquid non licebat, eſt illicitum. Sic tenent Sosa, Ortiz, Valerus, Ioan- nes de la Cruz, Paulinus Berti, quos adducit & ſequitur Diana ſupra Reſolut. 2. Iuxta quam do- trinam evidenter ſequitur dictam largitionem non eſſe licitam, & accipientem ad reſtitutionem teneri. Nam ex ea conſtat munera debere eſſe valoris exigui, cum eam Pontifex non de nouo ſtatuat, ſed ſupponat, & amplius explicet. Cum- quæ ad munera valoris non exigui largienda non ſit in Religioſis facultas, plane diſplicit per eam non tranſferi dominium, & ita obligationem reſtitutionis ſupereſſe. De qua obligatione in faſis moderatā quantitate vidēndus Villalobos To- mo 2. Tract. 25. Difficult. 32. n. 5.

35 Dici potest ex P. Suario ſupra num. 14. Prælatum Religioſum habere potestate ad remuneranda obsequia, & præterea ad præueniendum aliiquid gratis ergando, vt ſe urbanum & benevolum oſtentat, reſpicio ad Monafe- rii vilitatem. Addunt aliqui obligationem gra- titudinis eam eſſe, vt plus debeat retribui, quam ſit acceptum: vnde ad quartam partem excessus illud nonnulli extendunt: vt ſi merita valeant duodecim, & à Religioſo retribuantur ſexdeci- m, non debeat indignum iudicari, etiam ſtante rigore Bulla Clementis Octauī, ſi illa nouum

Obligatio- ex potestate
Prælati ad
remuneran-
dum, iuxta
doctrinam
P. Suarij.

ius

Pro regibus quid circa munera liceat accep- tionem.

75

ius ſtatut. Cū ergo oporteat beneuelos ha- bēre Pregeſ, & alios viros principes, quia id poſteſ in magnam Religionis vilitatem cedere; iuxta id poterunt munera tribuenda diſponi, vt ſcilicet pretiola ſint: villa enim nec digna eo- rum personis ſunt, nec ad effectum diſtum poſſunt conſerue. Quid si merita in illis iam præ- ceſſerint, & vilitatis fructus ſit reiſla perceptus, maior appetat ratio vberioris largitionis.

36 Sed hæc in cauſa prætent non urgunt. Et qui P. Suarium adduxerit, obſeruare debet quod apud eundem citato loco dignum conſideratione ſuccurrat, dum illa verba ſubiungit: Reſſicciendo ſemper ad maiorem proximorum adiſificationem, vel ad Monaferij vilitatem. Sic ille. Quod ergo cum proximorum adiſificatione ſtare ne- quit, non eſt gratitudinis reſpectu conſerendum, etiam ſi at vilitatem Monaferij conſerue poſſit. Atqui munera, de quibus loquimur, cum adiſificatione ſtare non poſſunt, qua scandalum potius ſint, eorum etiam, qui accipiunt, ſi velut vera nuntiare: ergo ex reſpectu gratitudinis, aut quo- cumque alio nequit illorum iusta largitio con- ſtare.

37 Doctrina ergo illa de ſuperabundanti re- tributione, in Religioſis non debet ita accipi, vt eſſe debeat in rebus eiusdem generis; aliaſ be- neficia illis collata, valde iſpis oneroſa redde- rentur. Nam ſi tribuenti duodecim aureos debeat reddere ſexdecim, & ſic proportionaliter, quænam eſſe domus Religioſa poterit, cui beneficia non obſunt, ampliora, quæm acceperit, red- ditur. Ex quo apparet non eſſe admittendum modum dicendi Thomæ a Iesu in Cap. Non dicatis Parte 3. Cap. 2. Dub. 1. §. Dixi ſas eſſe. vbi ait Beneficiarium Regularē poſſe compenſare 14. aut 15. aureis id, quod ad æqualitatem arbitrio boni viři compenſaretur 12. Dubio autem 4. in principio, de Prælati generaliter loquens ad doctrinam præfata remittit. Debent ergo eſſe retributions pauperum, quos gra- titudo non obligat ad ſuperabundantem largitionem, ſed ad officia illorum ſtatiū propria, quæ ad orationes, & ſacrificia frequen- tiū reduci ſolent, & alia spiritualis ordinis, quæ temporalibus beneficiis acceptis ſunt incomparabiliter preioſiora. Et de temporalibus acce- deret aliiquid poterit, quod poſſit cum adiſificatione componi. His addo, cum Pregeſ, aut viři principes gubernationi præfeti, aliquid in vilitate Religioſorum præſtant, non donare de ſuis metiſorum bonis, ſed gratiam aliquam eorum facere, quæ adminiſtrant, & cum bona Regis venia poſſunt illis, exclusis aliis, applicari. Vel fauore aliquo eos proſequendo, ex quo emolumen- tum ſequi poſſit. Cum ergo de ſuis non tribuant, non reſultat ex tali beneficio obliga- tio, vt Religioſi de ſuis debeat preioſas largitiones cumulare. Præterquam quod qui illas communiter faciunt, non Religioſi vilitatem, aut honestum aliquem, ac Religioſo ſtatu dignum reſpectum præſeruerit, ſed quem ipſi ſiunt, & Deus, qui non irridetur, iuxta Apostoli monitionem.

38 Dici viterius potest ſic largientem eſſe Beneficiarium, habentem ſciliſ animarum cu- ram, ſeu Doctrinam, quam vocant, & ita ha- pli aliiquid

Theſauri Indici Tom. I.

bere liberam entolumentorum Beneficialium ad- ministrationem; tales autem poſſe cumulatiū ſuo quid faciat.

39 Verum ex hoc ipſo, quod in Clemeni- tina dicitur, facile intelligi poſteſ non eſſe ex- aetiam reſponſionem. Nam talis Beneficiarius in opera pia debet impendere: Atqui ea, de quibus agimus, talia non ſunt, neque quoad ſubſtantiam, neque quoad modum, cum in eis adiſificationis umbra non appareat, neque in bonum aliiquid Beneficialis Eccleſiae, aut Religionis di- rigatur. Et opera debere eſſe pia omnes Docto- res tradunt, ex quibus plures adducit P. Sancius Lib. 2. Confitorum Cap. 38. ex quo Cardinalis Lugo Disput. 4. de Inſtituta num. 9. alios accumulans & P. Molina ſuperius adductus idem affirmat. Pro quo & videndus P. Lessius Lib. 2. Cap. 4. num. 47. & quia Religioſis non habet dominium eorum, quæ largit, cum non acquirat ſibi, ſed Eccleſiae aut monaſterio, iuxta reſcriptim ſententiam: inde habetur obligari eum; qui recipit, ad reſtitutionem: quid ſi ille non reſtituat, tenetur ipſe reſtituere de iis, que ad congruam poſteſ ſuſtentationem allumere. Quæ omnia ſunt explorata iuxta communies regulas de reſtitutionis obligatione. Quamuis P. Wadingus Tractatus de Contradiſib. Disput. 2. Dub. 3. §. 2. n. 11. affirmet probable eſſe donationes eſſe validas, ſingularis ſententia ita de Naſar- ram Li- bro 3. Cap. 1. num. 201; non obſtant, P. Wadingus Tract. 2. de Inſtituta num. 9. alios accumulans & P. Molina ſuperius adductus idem affirmat. Pro quo & videndus P. Lessius Lib. 2. Cap. 4. num. 47. & quia Religioſis non habet dominium eorum, quæ largit, cum non acquirat ſibi, ſed Eccleſiae aut monaſterio, iuxta reſcriptim ſententiam: inde habetur obligari eum; qui recipit, ad reſtitutionem: quid ſi ille non reſtituat, tenetur ipſe reſtituere de iis, que ad congruam poſteſ ſuſtentationem allumere. Quæ omnia ſunt explorata iuxta communies regulas de reſtitutionis obligatione. Quamuis P. Wadingus Tractatus de Contradiſib. Disput. 2. Dub. 3. §. 2. n. 11. affirmet probable eſſe donationes eſſe validas, ſingularis ſententia ita de Naſar- ram Li- bro 3. Cap. 1. num. 201;

Circa mo-
dum reſti-
tutionis ita
de Naſar-
ram Li-
bro 3.

P. Wadingus
Tract. 2.
Cap. 4. num. 201;

doctrinam
non obſta-
re donatio-
ni, refelli-
tur.

Licentia
loquitur
Thomas
Hurtadus
Tract. 8.
cit. n. 912.

40 Quid ſi in cauſa aliquo expedire conti- gat bono Eccleſiae aut Religionis, donum ali- quod prioriſum dilargiri, quod diuino cultui apte deſeruire nequeat, & ſalua adiſificatione do- netur, non erit in eo lethale peccatum, neque reſtitutionis obligatio. Quod probatur ex com- muni doctrina, de qua diximus num. 33. quan- titatem ſciliſ donationis arbitrio prudentis Prælati relinqui. Cum ergo in cauſa, de quo lo- quimur, poſſit, qui diſpoſitionem habet bono- rum, de conuenientia talis muneriſ prudenter iu-

G 2 dicare